

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Citatio Cvm Inhibitione Inserta, Sereniss. Atqve  
Inuictissimi Principis & domini nostri, domini Caroli quinti,  
diuina prouidentia Romanorum Imperatoris semper  
Augusti, contra Reuerendissimu[m] dominum ...**

**Karl <V., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>**

**[Köln], [1545]**

**VD16 ZV 4419**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35029**



Th. 1440 a.

1. Caroli V edictum v. novatores. Worms 1521
2. ——— Befreiung v. der Colonia des  
Land. Rul. Konig zu blaibar L. 1544,
3. Officium Deut. Spaniens des Capitulz C. 1544.
4. Das Urteil von unsel. Ima Ch. Lippst., die  
Fandiculan abgurjustau, mit  
deren entwurf.
5. Appellatio coloniensium in C Relig. 44
6. des Capitulz na dne fabriss. 25 Oct. 44.
7. Citates Imperatoris v. Archiep. Col. 45
8. Appellatio Archiepisc.
9. Citatio curiae Rom. v. Archiepo.
10. Responsio cleri Col v. appell. archip.
11. Carlo V. Dispilzurij fürs Col.
12. Jo Cocklaes ad Capit. col. 1. Aug 45.
13. Herm Archiep. ad Wormatenses
14. idem ad Imo. Carolum V.
15. Cochtlaus pro Roffensi et Thosca  
Moro
16. Cochtlaus v. den Dau. Impfah.  
8 Aug 45  
zu den Starkpfeilern  
17 Nov 45

Die alte Nummerierung ist falsch.

Insgesamt 30 Thüche  
in Tüchern, Rom  
April 1957

17. Dat Encyclopædia C. prodr. Rist  
zynu der Ester Lüneburg. 7 Dec. 45

18. Sententia Nuntii ap. pro  
Capitulo V. Decasum.

19. Zeynacina der drei mohammedan.  
Khanda van die Encyclopædie  
van den Pauw Orakel.

45  
1-27

# CITATIO CVM INHIBITIONE INSERTA, SERENISS. ATQVE

Inuictissimi Principis & domini nostri, domini Caroli quinti, divisa

na prouidentia Romanorum Imperatoris semper Augusti,

contra Reuerendissimum dominum archiepiscopum

Colonien. & suos Complices Vniuersali

Clero & almae Vniuersitati ge-

neralis studij Colonien.

in causa Reli-

gion. con-

cessa.

GLATTO CVM INHI

EDITIONE IMPERIALE SERENISS. AUSTRIÆ

ET IMPERIALE LIBRÆ VENETIÆ DOMINI G. 1501. ANNO 1501.

EDITIONE IMPERIALE LIBRÆ VENETIÆ DOMINI G. 1501. ANNO 1501.

EDITIONE IMPERIALE LIBRÆ VENETIÆ DOMINI G. 1501. ANNO 1501.

Copiarie de lais Gaspardus Naufragij

Copiarie de lais Naufragij

edimburgensis Copiarie

medicis Regis

medicis Regis



# AROLVS QVIN-

TVS DIVINA FAVENTE CLE

mentia Romanorum Imperator Augustus, ac Germaniae,  
Hispaniarum, utriusq; Sicilie, Hierusalem, Hungariae,  
Dalmatiae, Croatiae &c. Rex, archidux Austriae, dux

Burgundiae, Brabantiae, Geldriae, &c. Comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, &c. Venerabili Hermanno Archiepiscopo Colonien. Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario Principi Electori, & consanguineo nostro charissimo, Gratiam nostram Cæsaream & omne bonum. Venerabilis Princeps Elector, Consanguineæ charissim.e. QVVM Honorabiles docti deuoti nobis dilecti. N. Prælati, Canonici, & Capitulatam Maioris quam Collegiarum Ecclesiarum, necnon Abbates, Abbatissæ, Conuentus, alijq; Religiosi, utriusq; sexus Monasteriorum & piorum locorum, Rectores quoq; Parochialium Ecclesiarum, ac totus primarius & secundarius, ac uniuersalis Clerus. Rector denique & Uniuersitas generalis studij Ciuitatis nostra Imperialis Coloniae Agrippinæ, à nonnullis innovationibus in causa Religionis contra & aduersus publica nostra edicta Imperialium dictarum, Recessus & decreta per tuam Dilectionem, absq; scitu & uoluntate Capituli tui Maioris Ecclesiæ, & non attentis eoru diligentibus admotionibus, & deditis depreciationibus, & ipsis reclamantibus, priuata autoritate tua, prout exponitur, factis, præsumptis & attentatis, ad nostrā Maior statem prouocauerint & appellauerint, prout latius in ipsius appellationis instrumento nobis ex parte ipsorum Appellantium per Syndicum eorum exhibito, continetur. Et animo huiusmodi suam Appellationem Iuris ordine prosequendi, nobis humiliter supplicauerint, ut huiusmodi Appellationem admittere, & infra scriptas Citationem & Inhibitionem ad tuam Dilectionem, eiusq; Complices & adhærentes decernere, & aliás de oportuno Iuris remedio prouidere dignaremur. NOS igitur attendentes Ius nemini denegandum esse, Idcirco autoritate nostra Imperiali, per hoc præsens Citationis Mandatum, Dilectionem tuam exaduerso principalem, eiusq; in hac causa fautores, Complices & adhæretes, tenore præsentium citamus, quatenus trigesima die, post executionem præsentium (quorum triginta dierum decem pro primo, decem pro secundo, & reliquos decem dies pro tertio & ultimo termino uobis assignamus peremptorie, uel si dies ipsa trigesima Iuridica non fuerit, ad diem Iuridicam proximam extunc immediate sequentem) compareatis, in Iudicio legitime coram nobis, seu per nos ad id deputando, seu deputandis, ubi cum nos pro tempore fore contigerit, per uos uel procuratorem seu procuratores uestros idoneos, ad causam & causas huiusmodi sufficienter instructos, cum omnibus cau-

sam

sam & causas huiusmodi tangentibus, ac eam seu eas quomodolibet contingentes, praefatis Appellatibus, illorumq; litisconsortibus principalibus supradictis, seu eorum legitimo procuratori aut Syndico, super omnibus & singulis nostrum officium concernentibus, in dicta Appellatione latius deductis & expressis, de Iustitia responsuri, ac in causa & causis huiusmodi ad omnes & singulos actus Iudiciales gradatim & successive, etiam usque ad diffinitiunam sententiā, debitū & consuetis terminis & dilationibus praecedentibus, ut moris est, processuri, & procedi usurpi, aliasq; dicturi, facturi, allegaturi audituri et recepturi. Id quod Iustitia suadet, et ordo dictauerit rationis. Certificatae nihilominus Dilectionē tuam, ipsiusq; Complices & adhaerentes sic Cittatos, quod siue in eiusmodi termino, ut præmissum est, comparere curaueritis, sive non. Nihilominus per nos seu deputatum uel deputados Comissarios nostros, ad partis comparentis, causamq; & causas huiusmodi prosequi curantis instantiā, ad præmissa oīa & singula, & alias prout iustū fuerit, procedetur iustitia mediata, Dilectionis tuae, aliorūq; citatorū cōtumacia seu absentia nō obstat.

**IN SUPER** quum lite & causa huiusmodi sic, ut præmittitur, coram nobis & nostro Imperiali palatio indecisus pendentibus, nihil sit per quemcunq; attentandum seu innouandum. Ea de re autitate nostra Imperiali prædicta, Dilectioni tuae, eiusq; in hac causa fautoribus, cōplicibus, & adhaerentibus, omnibusq; & singulis Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Præfectis, Præsidibus, Iudicibus, Schultetis, Burgimagistris, Consulibus & Scabiniis Ciuitatis & Oppidorum & præsertim Andernaci, Bonnae, Lyntij & Kempenæ, Villarum insuper, terrarum, & quorumvis aliorum locorum intra ambitum tuae Diocesis constitutorum, Communitatibus singularibusq; personis tibi & eidem Ecclesiæ Colonien. quomodolibet subiectis, & alijs quibus cunq; nostris & sacri Romani Imperij subditis, cuiuscunq; præminētia, dignitatis, status, gradus, ordinis, aut conditionis fuerint, qui uigore præsentium moniti aut requisiti fuerint, sub pena grauissimæ Indignationis nostræ, & ducentarum Marcharum auri puri, pro dimidia Imperiali Fisco nostro, & pro reliqua dimidia prædictis Appellatibus irremissibiliter applicanda, præsentium tenore districte inhibemus, ne in Appellationis & litispendentie huiusmodi, aut ipsorum Appellantium præiudicium, & nostræ Imperialis autoritatis & Iurisdictionis contemptum aut alijs quomodolibet, quouis quaestio colore uel ingenio, directe uel indirecte quidquam attentetis, innouetis, uel præsumatis, seu Dilectio tua uel illorum aliquis quidquam per se uel alium, seu alios attentet, innouet, uel præsumat. Quin potius omnia & quæcunq; forsitan successu temporis nouata, quantum in uobis & uestrum quolibet esse medio tollatis, & in statum pristinum reducatis, & reduci permittatis. Quicquid enim secus factum fuerit. Nos id totum ceu attentatum & ipso Iure nullum, reuocare.

re, & in statum pristinum reducere curabimus, & nihilominus ad multarum  
& paenarū prædictarum declarationem, & alia grauiora realiter & cum ef-  
fectu procedemus & procedi faciemus. Hæc est seria nostra uoluntas. Ha-  
rum testimonio literarum, manu nostra subscriptarum, & sigilli no-  
stri impreßione munitarum. Datum in Ciuitate nostra  
Imperiali Vuormacia, die uigesima septima mensis Iu-  
niij, Anno domini Millesimo quingentesimo qua-  
dragesimo quinto, Imperij nostri uigesi-  
mo quinto, & Regnorum nostro  
rum trigesimo.

## Carolus.

V Nauces

Ad mandatum Cæsaræ  
& Catholice Majestas-  
tis proprium.

Obernburger f.

Collationis et diligentior auscultationis est p[ro]m[on]t[er] exemplar  
itationis et inhibitionis mandatij Cæsari, ut suo vero  
sigillato et signato originali per me Ieronim, Orell Fux,  
ministrorum Notarium publicum sum, quo concordat Quod  
attestor ea manus mee propria scriptura

et in die heilige seculi anniversaria. Et in die  
anno regni eiusdem etiam anniversaria.

anno regni eiusdem etiam anniversaria.

anno V

3













E  
i89

Th  
1440a